



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ff. libr. 6. titul. 2. num. 5. Ad hæc privile-
giatis multi annumerant artifices, famu-
los, & generaliter eos, qui operarum sua-
rum mercedem prosequuntur, *Wesemb: in
par. ff. de privileg: cred:* Quod si plures pri-
vilegiati concurrant, non est facilè dictu
quid sit observandum. Fisco primus vi-
detur dandus locus, per *L. quodvis. 34. de
rebus auct: jud: poss: postremus deponenti.
cit. L. 34. §. in bonis. ff. eod:* De reliquorum
ordine nihil nominatim legitur. Videtur
ergò contentio dirimenda per vulgatam
regulam. Privilegiatus adversus privile-
giatum suo privilegio non utitur. *L. Privi-
legia. 32. ff. eod.*

5. Si nulli sint privilegiati veniunt non
privilegiati absque ulla temporis præro-
gativa. *cit. L. Privilegia.* Dividunt ergò pe-
cuniam ex vèditione bonorum debitoris
redactam æqualiter, proportionè Geo-
metricâ non Arithmeticâ. *Wesemb: par:
ff. de rebus auct: jud: poss: numer: 7.* eo exce-
pto, qui privilegiato solvit: succedit e-
nim in eius locum. *L. 2. ff. de cession: bonor.*
Quid ergò si Chirographarius solvat hy-
pothecario, an & hypothecam consequi-
tur?

Q 6

tur ?

tur? Non, nisi hoc actum fuerit. *L. 1. C. de his qui in prior. cred. loc. suc:* Eum quoq; excipe, qui sibi vigilat, & prior sibi solvi curat, aut ex causa iudicati pignus capit: non & illum qui prior in possessionem mittitur. *L. quod autem. 6. §. sciendum. L. pupillus. Cod: quæ in fraud: cred: ff. de rebus auct: jud: poss:*

C A P U T VI.

DE PROCESSU JURIDICO IN *Criminibus ordinarijs.*

EXpeditis iis, quæ formando civili Iudicio deserviunt, superest, ut ad criminale Iudicium gradum faciamus: Nam licet eadem ferè utriusq; iudicii causarum probandarum ac finiendarum ratio sit, & procedi debeat per litis contestationem, per exceptiones, probationes & ad instar Juris Civilis ut praxis habet, & iura comprobant. *cap. ult. de purg: oan: L. fin. C. de exhib. reis: L. qui accusare. C. de edendo:* Ea tamen est differentia, 1. Quod hic requirantur probationes evidentiores, & luce meridianâ clariores. *L. fin: C. de prob. a deò,* ut præsumptiones ad condemnandum